Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

caelestium atque terrestrium faciamus iniuriam. Itafit. ut inter quos
amicos non est rerum consensio diuinarum. nec humanarum esse plena
possit. acuere. Necesse est enim uaeliter quam opsta humana aestima.
qui diuina contempnit. Nec hominem recte diligere nouerit. quisquis eum
non diligit qui hominem fecit. Proinde non dico nunc mihi plenus amicus es.
quiem ex parte. sed quantum ratio indicat nec ex parte eris. quandonec
in rebus humanis mecum amicitiam uenerem tenebas. Rerum quippe
diuinarum ex quibus recte humana pensantur. socius mihi non dum eras.
Siue quando nec ipse in eis eram. siue postea quam ego eas utcumque sapere
coepi. a quibus tu longe abhorrebas. Nolo autem suscenseas.
nec tibi uideatur absurdum. quod illo tempore cum in uana mundi
huius aestuarem. quamuis me multum amare uideris. non dum eras
amicus meus. quando nec ipse mihi amicus eram. sed potius inimicus.
Diligebam quippe iniquitatem. & reuera quia diuina sententia est.
quia scriptum est in sciis libris. Qui autem diligit iniquitatem odit ani
mam suam. Cum ergo odissem animam meam uerum amicum quomodo
habere potueram. Eam mihi optantem inqui busi ipse meipsum patiebar
inimicum. Cum uero benignitas & gratia saluatoris nri inluxit mihi.
non secundum merita mea. sed secundum ipsius misericordiam.
tua hac alienus quomodo esse posses amicus meus. quum de beatus
esse possem paenitus ignorabas. & non in hoc me amabas. in quo
mihi ipse iam fuerat utcumq: amicus effectus. Gratias itaq: dno.
quod tem mihi amicum facere & eadem aliquando dignatur. Nunc enim
nobis est rerum humanarum & diuinarum cum benuolentia & caritate
consensio in xpo ihu dno nro uerissime pacenne. quid uobis praecep
tis cuncta praeconia diuina conclusit dicens. Diliges dnm dm tuum
ex toto corde tuo & ex tota anima tua. & ex tota mente tua. & diliges
proximum tuum tamquam teipsum. In his duobus praeceptis. tota lex
pendet & prophete. In illo primo rerum diuinarum. in hoc secundo
rerum humanarum est cum benuolentia & caritate consensio.